GODEFRIDUS ALTISSIODORENSIS. PETRUS DAMIANUS. SYMMACHUS. ODO MORIMUNDENSIS. FLORILEGIUM SANCTICRUCIANUM

Heiligenkreuz, 3. Viertel 12. und 1. Hälfte 13. Jh. Seite 38r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30390
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



egreditur. si casus attulerit feram uel uolucrem capit. etiam
si nil de uenatione uel aucupio proposuerit. Preterea ut nostris
assertionibus etiam euangelica non desit auctoritas saluator
noster cum domum principis synagoge filiam eius resuscitaturus
aggreditur. mulieri fluxum sanguinis patienti uelut
absque quam ceperat intentione medetur. Quod igitur mirum si scriben
tes aliquando quod ceptum est intermittimus. nec omittimus illud
uidelicet inserentes quod nichilominus ad edificationem pertinere
sentimus. quam quam et hoc a nostro proposito non abhorreat. quia si
ille propter unam ecclesie possessiunculam periit quid de illo senti
endum est qui sub nomine episcopi totam ecclesiam cum indigne pos
sideat non dimittit. Iam itaque post diuerticulum ad propositum

Quid etiam Creuitamus

de beato milesio martire in tripartita referatur hystoria. non
silebo. Qui nimirum ut uberiorem legentibus prebeat fidem. eosdem
apices stili currentis apponam. Tunc etiam ait episcopus milesius
nomine martirio coronatus est. Qui primum quidem militabat apud persas.
postea uero relicta milicia conuersationem Ielatus est apostolicam. Dicitur enim quia
dum in ciuitate persica fuerit ordinatus episcopus multa sepe sit passus
atque tractus. sed uirili mente cuncta sustinuit. Cuique nulli
potuisset illic sua dere ut xpianus fieret. grauiter ferens
maledixit ciuitati. ic et exinde discessit. Post paucum uero tempus pri
matibus eius loci in regem peccantibus superueniens exercitus
cum trecentis elephantis ciuitatem subuertit. et uelut desola
tam regionem arantes seminibus tradidit. Milesius autem episcopus
solummodo peram circumferens que sacrum codicem euangeliorum habe
bat. perrexit orationem facturus ad hierosolimam. et inde in
egyptum. ut uideret monachos ibidem conuersantes. Qualis igitur
iste sanctus et miraculorum fuerit operator. syri sunt testes. qui
eius actus uitamque scripserunt. Ecce hic qui commissi regiminis iura
postposuit. non modo nullum reatus crimen incurrit. uerum etiam ut mi
raculorum uirtutes operaretur obtinuit.